Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



219 267

Justus ut palma florebit sicut cedros libani multiplicabit
plantatus in domo dni in atriis domus dei nostri Ps Bonum
est confiteri dno et psallere nomini tuo altissime Collecta.
Concede qs omps deus ut qui vti Johanis
baptiste solemnia colimus eius apud te
intercessione iuuentur Per Ldm libri Sapiencie
Memoria iusti in benedictione erit quia
opus pigmentarii fecit odore quasi mel in
omni ore erit cuius memoria et ut musica in
conuiuio vini Ipse est directus diuinitus in pe
nitencia gentis et tulit abhominaciones
impietatis et gubernauit ad dnm cor suum
et in diebus peccatorum corroborauit pietatem
Iam male tractauerunt illum qui adhuc in
matris secretis erat prophetatus euertere et eri
gere et plere et iterum edificare et renouare
Amplificatus est quasi stella matutina in me
dio nebule et quasi luna plena in diebus suis
lucet et quasi sol refulgens sic ille refulsit
in templo dei Gr Justus non erit Alla Justus germina
Et Respondens zacharias Secm Lucam
dixit ad angelum Unde hoc sciam Ego enim
senex sum et uxor mea processit in diebus suis
Et respondens angelus dixit ei Ego sum ga
briel qui asto ante deum et missus sum loqui
ad te et hec tibi euangelizare Et ecce eris
tacens et non poteris loqui usque in diem quo
hec fiant pro eo quod non credidisti verbis meis
que implebuntur in tempore suo Et erat ple
bs expectans zachariam et mirabantur quod
tardaret ipse in templo Egressus autem non